



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. An ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requiratur auctoritas, & consensus Patroni, vel consensus Principis sæcularis loci, in quo eæ sitæ sunt?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

aut fructus distrahendo, vel bona, quæ servando servari non possunt, cum evidenti Ecclesiarum utilitate, ac pro instantis temporis exigentia) & tam alienantes, quam res taliter alienatas recipientes, præter poenam excommunicationis, alias plures incurrant; quia verò hæc extravagans in multis partibus (saltem quoad poenas in ea statutas, & quoad locationem non ultra triennium) usû recepta non est, ideo alijs ea explicanda relinquitor. Plus tæget pro Romano Pontifici assensu obtinendo in ordine ad alienationes bonorum Ecclesiasticorum, juramentum, quo jurant Episcopi, & alii Prælati à Papa confirmati, de bonis Ecclesiasticis nihil alienaturos se, inconsulto Romano Pontifice, quod juramentum obligat, nisi alienatio tantùm esset rerum modicarum, vel parùm utilium Ecclesie; vel quæ servando servari non possunt; vel in mora esset periculum; vel ageretur de rebus jam ante hac infeudari, aut in emphyteusin concedi solitis. Videatur etiam *c. Consultis. fimo 2. h. e. in 6.* ubi prohibetur omnibus Prælati Ecclesie, ne jura & bona sua Ecclesiastica sine expressa Pontificis licentia, ita Laicis submittant, & subjiciant, ut ab ipsis de novo tanquam Dominis, & Advocatis recognoscant.

### §. III.

*An ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requiratur auctoritas, & consensus Patroni, vel consensus Principis secularis loci, in quo ea sita sunt?*

**R**espondetur primò, Patroni consensus requiri quidem quandoque

(ex honestate potius, quam ex utilitate) dissentium tamen illius, aut oppositionem impedire non posse, quominus liceat alienatio, si ex causa evidenti necessitatis, vel utilitatis Ecclesie, et consensus legitimi Superioris, & rectoris solemnitatibus juris adhibitis fiat, *c. 1. causa 10. q. 1.* Cùm Laicis nulla concedatur circa res Ecclesiasticas jurisdictio nisi bona talia Ecclesie à seculari Domino in feudum concessa fuissent Ecclesie, aut cum tali conditione donata, ut nonquam sine consensu Patroni donata alienentur, quæ conditio ab Ecclesia fuerit acceptata; putant tamen aliqui, neque hanc conditionem adhibere impedire alienationem talium rerum, si fiant ex causa evidenter necessaria, vel utili, & cum debitis solemnitatibus, quamvis non consentiat Patronus, nisi conditio talis in donatione addita, vel turpis & nociva Ecclesie relicta sit, & pro non adjecta habenda.

Respondetur secundò, statui quidem non posse, ut Principis, aut Magistratus secularis consensus intervenire debeat ad licitam rei Ecclesiasticæ alienationem, si alia legitime requisita adhibeantur, & directe prohibeat, ne alienent Clerici rei Ecclesie, sive indirectè, sive subdistingui prohibendo, ne emant tales res à Clerico, nisi talia statuendo circa res Ecclesiasticas in jurisdictione aliquam atrogare videatur (Laici) longâ tamen, & immemorata consuetudine, cum tacito saltem consensu Superiorum Ecclesiasticorum, introductâ, consensus hic necessarius non potest, cùm sciant hanc præmissis Ecclesiastici Superiores, & non contra-